



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Prooemivm Libri De Memoria B. E. Et Eivs Amatorvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

M E G I N F R E D I M A G.
D E B V R G E N S I S M A G I S T R I E T
P R A E P O S I T I D E V I T A E T V I R T V T I .
B V S B. E M M E R A M M I L I B E R V N V S
nunc primum ex m. s.
editus.

P R O O E M I V M L I B R I D E M E -
M O R I A * B. E. E T E I V S A M A T O .
R V M .

* Beati Emo-
rami.

N T E R cætera M ysteriorum cœ-
lestium Sacra menta, veteris legis testan-
tur scripta, quod ad ædificationem ta-
bernaculi Principes tribuum, & ditiores
quiq; in populo Dei pretiosa diuino iusu,
obtulerunt donaria. Quorū piaæ oblationi & pauperiores
codem præcepto conducti, indices mentium deuota-
rum, etiam pilos addiderunt caprarum. Quid autem no-
ua lex super hac re contineat, seu qua conuenientia pris-
cæ respondeat, Christus in Euangeliō suo palificat; *Exod. 35.*
qui duo pauperis viduae minuta prætulit his, quæ diuites
iactabant, seu in gazophylatum mittebant. Quod
quidā vir officio Apostolicus & merito, egregia prædica-
tione quasi de celo intonans, breuiter perstringendo ex-
posuit, dicens: Regnum celorum valet, quantum habes.
Cui scilicet sententia concordat, quod sacra Scriptura *Marc. 12.*
aliás clamat: Cui plus committitur, plus ab eo exigitur. *Luc. 21.*

A Vnde

MEGINFREDVS

2
1. Cor. 1.

Psalm. 75.

Iacob. 1

Psal. 33.

Lucas 13.

Vnde is, qui multum habet & illud Apostoli diligenter attendere debet: Qui gloriatur, in domino glorietur. Qui verò minus accepit, id ipsum minime ducat negligendum; sed de eo pro posse & nosse conetur elaborare aliquid quod utile sit. In quo haud segniter exequendo quicunq; diuino muneri reuerentiam exhibuerit, debitum exactionis persoluit Scripturæ, quæ dicit: Vouete & reddite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera. Ex ipsis quippe donis, qui largitor est omnium bonorum, accepimus, si quid ei piè digneq; afferimus, vel si in aliqua re votorum nostrorum redditionem exsoluere poterimus. Hinc & Iacobus Apostolus, eorundem processionē donorum commendans, ait: Omne donum desursum est descendens à patre luminum. Ad cuius illuminationem Psalmista nos approquinquare exhortatur dicens: Accedite ad dominum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur: Verè ad eum accesserunt, qui dono illius illuminati, Ecclesiastica factis & verbis tractando Sacra menta, illam faciei meruerunt gloriam, quā ipse Sol Iustitiae visione sua parauit electis semperernam. Horum quippe exemplis & doctrina, dum voluit huius mundi rota, Christus gratum in suis arboribus inueniet fructum. Quem quia velut inutilis stirps, in mea arbore non habeo, timeo mihi valde, ne paterfamilias sterilitate prauitatis meæ offensus, dicat, Ut quid occupat terram? Succidite eū & mittite in ignem. Quem reprobis terribiliter paratum & à peccatis meis, pro dolor, sæpe comparatum, vt effugere possim, inter fluctus cogitationum astuanti occurrit animo, hoc optimum fore remedium, quo non cessem querere præsidia Sanctorum, sedulo laudibus inhærendo eorum; vt & ipsi apud misericordissimum dominum, dignentur mihi veniam impetrare delictorum,

Sed

DE VITA S. EMMERAMMI.

Sed fortassis dicit aliquis, Quid ad te? potuit euphorbiæ officio usq; in diem & horam qua Deo dilecti Martyris casæ restitutum* etsi insensibile præsentiam domini sui sensibus humanis se sentire indidit, ac dulciter vniuit.

Veretua Christe hæc sunt opera, qui crederis & es æterni patris sapientia. Cui Dauid corde iubilans clamat, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, Psalms. 30. quam abscondisti timentibus te. Et iterum: Auditui meo Psalms. 50. dabis gaudium & lætitiam; & exultabunt ossa humiliata. Cuius desiderio delectatus, nominis tuo credentes, in fine Psalmorum, ad perfectionis laudes prouocans, ait: Laudate dominum in cymbalis bene sonantibus; laudate eum in cymbalis iubilationis. Ecce humanæ salutis amator, generis nostri factor & reparator, qui etiæ benignus es super ingratos & malos; per parua ac insensibilia, operaris magna, nec non mirabilia, ut homines cordatos benedictione tua efficias coaptatos. Hanc siquidem, qui aure cordis percepint, & in eius obauditione usq; in finem perseverauerint, minime pauebunt in die nouissimo, nec aures eorum timent ab auditu malo, quando inimicus Psalms. 110. exultans super interitu impiorum, se iactauerit dicens: Præualui aduersus eos. O Iesu bone, quid nos peccatores ibi dietur sumus, vbi vix iusti saluabuntur? Non est nobis spes altera, nisi quam definit ille tuus electus Psalmista, qui fuit Rex & Propheta, totis medullis ad te clamitans Psalms. 145. cordis: Spes mea es tu, portio mea in terra viuentium. Quam in tuo nomine, dum tempus est misericordiae, à Patre postulandam didicimus per euangelicam doctrinam. Sic enim tuum ô veritas habet Euangelium: Ambulate Ioan. 12. dum dies est, ne tenebrae vos comprehendant. Dù lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis: Et illud excusationis humanæ exclusorium diligentissimè attendendum,

A 2

nec non

MEGINFRED.

Matth. 21.
Ivan. 15.

4
nechonintimis suspirijs annitendum : Quodcunq; petierit
Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petimus ergo ad te
conuersi Pater Domini nostri Iesu Christi, vt in nomine
eiusdem vnigeniti tui, cuius caritatis Beatus E M M E R A M M
v s Martyr tuus imitator exstittit singularis, ineffabili
& solita circa peccatores vsls clementia, confitentibus &
confessis dimittas impietatem cordis ; ac infundas vngtio-
nem tuæ vberrimæ consolationis, nec non confirmes in
nobis opera diuinæ miserationis ; vt quod in hoc scœculo
dulce ac delectabile videtur, timoris tui reuerenda con-
sideratione amarescat: & quod amarum, dilectionis tuæ lua-
uissima speculatione, dulcescat. Sicq; dum ipse voluitur
mundus, à lapsu & amore peccatorum, te resuscitante, sur-
gamus, ne in fine scœculorum, cum omnes homines resur-
rexerint cum corporibus, in æternum confundamur aë puni-
namur: Sed emptitij servi nunc cum collibertis, gratia tua
digni effecti, tunc etiam tuis cum amicis semper mansuris
deputati gaudijs, securi videamus Dominum Iesum filium
tuum liberatorem & Episcopum animarum & corporum
nostrorum, Iudicem iustum viuorum & mortuorum, te-
cum viuentem atque in vnitate Spiritus sancti regnantem,
perimmortalia scœula scœculorum, Amen.

AD PROVISOREM SANCTI
EMMERAMI
QVID DEBEAT IPSI ET R-
TIONI

* P.A.

* Purchardus
Abbas.
Vide notam.

* Arnulfus Co-
mes de Cham
& Vochburg

D OMINO Purchardo ad optima quæq; haud tar-
do, pro paterna quidem dignitate reuerendo, ac
plurigena probitate diligendo,* Arnoldus adpri-
melihi vtpote abbati, exin cæteris merito suppositus;
verun-